Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

atque ornamenta quecumque nobis denotare curetis. Dat. etc.

Fili carissime. Mitto tibi quasdam has ex publicis ut sint caritati
tue solatio. Inter quas sunt due una videlicet ad dominos de Malatestis
pro morte domini Galeacii et altera ad comitem Virtutum pro captura
domini Barnabonis quas nolo cum publicis vestris conferris, sed ipsas
solum iuxta stili puritate sine comparatione placeat contemplare
reliquas sic inter sunt quod non sunt in mea re publica quibus possunt
ut arbitror super eadem materia comparari

Dominis de Malatestis

Magnifici viri dilectissimi nostri lugubres et funestas litteras ve-
stras recepimus tristes accepimus quibus nobis obitum carissi-
mi fratris nostri domini Galeacii de Malatestis qui sicut vestre scriptiones me-
moriae continebat die XXI. mensis instantis fuit mortalitatis
sortita condicione nature ad gloriam eterne beatitudinis evoca-
tus in quo mestissime mentes nostre pungentissimo sunt vulnerate
dolore. Considerantes talem amicum nobis et in eo ipso decepisse qualem
et quantum nos esse inventuros non credimus et quod sine dubitatione
valemus asserere qualem et quanti adhuc nequimus invenire
valemus asserere qualem et quanti adhuc nequimus invenire.
Dolemus itaque dampnis nostris, dolemus et vestris incommodis, do-
lemus sancte matris ecclesie dispendium ac Italie et tocius rei publice
detrimentum. Cecidit Ausonie decus ecclesie pugil constans matu-
ritatis rei militaris stella et vinculum nostri temporis incocusse fidelitatis
exemplum. Cecidit et nostri Comes verus fere prosperitatis in dilector
adversorum particeps et fidelis in cunctis socius et amicus. Ut
huic tamen vix satis digne pro magnitudine rei possit in amplius lamen-
tari. Consultum tamen meo quod scribitis ipsum intellexi bonis rebus
suis humiliter bene dispositis in comunicatione fidelis sacramentorum ecclesie
sue omnipotenti illum spiritum reddidisse. Spes equidem sue salutis levat
nobis acerbitatem tanti casus. Et ut in hiis eciam consolari debeatis
vos nobis ammonere tanti casus affectibus exhortamur. Cogitate tamen quales et quanti
vos primus affectibus exhortamur Cogitate tamen quales et quanti
viri quantique glorie sitis heredes vos quoque dignos tanti patrimonii virili
constancia et cunctis viribus exhibete. Maximum enim habetis
ad honestatem et gloriam si recte respiciatis exemplum maximum
calcar qui in tanto patrum lumine splendore debeatis et intra
totum hominum oculis obversari. Nos autem intendimus circa vestre
tocius honoris dilectionem quam adhuc prestitimus vestrum et alios vestrorum progeni-
toribus dilectionem quam adhuc prestitimus vestrum et alios vestrorum progeni-
tores semper hinnius in vobis plenius confirmare ut in nobis eciam
tristitia nec auxilium semper nec fidele consilium de-
fuerint. Ceterum vos concordes estote. Nec vanus dominandi fumus
oculos vestre mentis obducat Cogitates quod si inter vos nasce-
retur dissensio forte contencio facile possetis omnes imperio
spoliari. Dat. etc.

Comiti Virtutum

Magnifice et excelse domine frater et amice carissime. Si vobis
cum congrimur. Si vobiscum quod contra vestrum honorem agitur ami-
cabiliter lamentamur. Vestri non debet sinceritas admirari. Nam
cum nullum maius in amicicia reperiatur officium quam cuncta cum amicis